



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXVI. An pariter certus; se esse Prædestinatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XXXV.

An certitudine fidei quis certus esse pos-
sit ac debeat se esse iustifi-
catum?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ Affirmant posse, debere que credi.

CHRISTVS. Verè Sapiens: Prou.
20. Quis potest dicere, min⁹ debet de se cre-
dere: Mundum est cor meum, purus sum à
peccato. Ideo orabat Ps.5. Cor mundum crea-
in me Deus.

2. Eccl.9. Sunt iusti & sapientes, & opera
eorum in manu Dei. Et tamen nescit homo; u-
trum odio, vel amore dignus sit; sed omnia in
futurum seruantur incerta.

3. Eccl.5. De propitiatio peccato nolte esse si-
ne metu; neque adicias peccatum super pecca-
tum, & ne dicas: Misericordia Domini magna
est, multitudinis peccatorum meorum misere-
bitur. De his in Lutherio caluin. parte 4.
q.66.

4. Job.9. Non reprehendit me, cor meum
in vita mea. &c. Etiam si simplex fuero, hoc
ipsum ignorabit anima mea. Et tamen, re-
rebar omnia opera mea, sciens quod non par-
ceres delinquenti.

5. David Ps.18. Delicta quis intelligit?
Ab occulis mundame, & ab alienis parce
seruo tuo.

6. Paulus 1. Cor.4. Nihil mihi conscius
sum; sed non in hoc iustificatus sum. Vbi ho-
rum certitudo iustificationis?

7. Quid, quod passim Scripturæ Vel
Conditiones requirant ad iustificatio-
nem: Deut.4. 2. Paral.6. Isa.1. Ioan.13.
Posamici eritis, si feceritis, que ego præcipio

vobis. Luc.13. Nisi pœnitentiam egeritis, o-
mnes similiter peribitis. Act.8. Si credis in to-
to corde, lœcert.

2. Vel Scripturæ indicant incertum
esse, an, qui pœnitent, consequatur re-
missionem. Ut Dan.4. For san ignoscet De-
us delictis tuis. Iocel. 2. Conuertimini ad me
in toto corde. &c. Quis scit, si conuertatur,
& ignoras Deus. Idem Ionæ 3. Act.8. Pa-
nitentiam age ab hac nequitia tua, & roga De-
um si forte remittat tibi.

3. Vel Scripturæ admonent, ne simus
inuicem securi quasi certi de adepta iu-
stitia. Vnde Prou.28. Beatus homo, qui sem-
per est pauidus. 2. Cor.10. Non enim, qui se
ipsum commendat, ille probatus est; sed quem
Deus commendat: at habens certitudinem
fidei de sua iustitia possit se verè com-
mendare. Verum secus Phil.2. Cum mas-
& tremore salutem operam: ni. 1. Pet.1. In-
more, in solitus vestri tempore cōuerſamini. 2.
Pet.1. Satagite, ut per bona opera certam ve-
stram vocacionem & electionem factatis, id
est, iustificationem, Rom.8. Nam quos vo-
canit, & iustificavit. Quod si iustificationis
certitudo ex bonis operibus pendet, nō
igitur ex sola fide. At certa, illorum cer-
titudo est coniecturalis.

QVÆSTIO XXXVI.

An certitudine si lei homo certus esse posset, &
debeat, si esse Prædestinatum.

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ affirmant adeo,
vt negant esse fidem, qui id non credat,
perinde vt credit Christum esse, & Deum esse.

CHRISTVS. I. Ego vero docui,
salutem ex conditione operum depen-
dere. Mat.5. Nisi abundauerit iustitia vestra
plus,

plus, quam phariseorum, non intrabis in regnum cœlorum. Mat. 19. Si vis ad vitam ingressi, serua mandata. Rom. 8. Quod si filii & heredes: si tamen compatimur. 2. Tim. 2. Sic immortui sumus: & conuiuemus. &c. Nō coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.

II. Paulus mysterium Prædestinationis refert inter arcanissima: Rom. 11. O altitudo diuinitarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia Deus, & inuestigabiles via eius? Et Q[uo]d is nouit sensum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit?

III. Apostoli docent fideles ad timorem. Rom. 11. Fides as; noli alium sapere; sed time. 1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Phil. 2. Cum timore & tremore salutem verstram operamini. Apoc. 3. Tene quod habes, ve aliis foris accipiat coronam tuam.

IV. Docui in parabola seminis, Lu. 8. multos ad tempus credere, & in tempore tentationis recedere. 1. Tim. 4. Discedunt quidam à fide. Ibid. c. 4. Quidam erraverunt à fide. Instantias hæreticorum dilutas repete ex Luthero. cal. p. 4. queſt. 67. Quare tametsi fidem habens certus es- se tua de fide non tamen ideo certus est de SVA iustitia; cum sola fides non iustifi- ci et. Nec certus est de perseuerantia; Cūm fides amitti possit: Nec certus de prædestinatione; cum fides communis sit reprobis & prædestinatis.

QVÆSTIO XXXVII.

Fides & Iustitia an sint propria sotorum ele-
ctorum, amittique possint?

LVII. ANTICHRISTIANISMVS.
VTHERANI plerique volunt, & benè Electos pos-
se labi: Attamen fieri posse negant. Martyr & Kem-
nius, qui ante vitæ finem resipiscant. &c. Vide Lu-
thero. cal. p. 4. q. 68.

CALVINIANI, Esse propriam asserunt; amit-
tique posse negant: Et ideo dic ab Lutheranis
impugnantur.

CHRISTVS. At Ego docui esse mul-
tos, Luc. 8. qui ad tempus credunt, & in tem-
pore temptationis recedunt. Hisce perseuer-
rantia deest: non fidei semen, quod cum
gaudio suscepserant.

2. Dixi, Ioan. 15. Omnen palmitem in
me, ergo viuentem fide & iustitia, sed non
ferentem fructum, tollet eum. At palmites
nascuntur è vite, non in se sunt: sic fi-
deles in Christo renati, sunt viui; infru-
giferi aretunt: ideo colligent eos & in ignē
mittunt. 3. Dixi, Mat. 24. Quoniam abun-
dabit iniquitas, refrigerescet caritas multorum.
Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic
saluu. erit: at frigefacti nō perseuerabūt.

4. Quocirca, Ezech. 18. Cum auerterit se
iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem mo-
rietur in illo. Ideo 1. Cor. 9. Castigo corpus
men. &c. ne foris, cum alijs predicatorum,
ipso reprobus officiar. Hoc non metuunt p-
sumptuosi Caluitiæ. Idcirco, Gal. 5.
Euacuati estis, qui in Lege iustificamini, in fœ-
dere Abrahæ, à gratia excidiſtis, quam in
baptismo accepistis. 5. Atq; ita 1. Tim. 1.
Quidam circa fidem nō ufragarunt. Et. c. 4.
In nouissimis diebus discedent quidam à fide.
Et iam, c. 6. Quidam erraverunt à fide. Et
verò Heb. 6. Voluntarie peccantibus nobis
posse acceptā notitiam veritatis, iam non relin-
quunt hostia pro pecc. &c. Quia Impossibile
est, i. difficilimū, eos, qui prolapſi sunt, reno-
uari ad pñ. 6. Seſetamen renouarunt pro-
lapſi Adam, Dauid, Petrus, &c. Non re-
nouati sunt lapsi prius Lucifer, Saul, Sa-
lomon, Simon Magus, Iudas. Itaque tū
reprobi fidem iustitiamque receperisse
possunt, & tamen perdere; tum electi re-
ceptam perdere, perditamque recuperare valent.

